



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

114. Conuertend. studium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

pium ducentorum quos ab dæmonum simul chris ad Christum tradu-
xit, sed ex soli totius tam apta ad frugem comparatione, vt secundo
partu Christianorum viginti millia postmodum numerarit. Notat qui-
dem ipse messem sibi haud largiore futuram, si sibi à prima
eius agri cultura, ille de nostris fratribus Sinensis, quem sero tandem
ocinuit, venire subfido potuisse; aut committi hoc munus vni ex
quatuor Sinis tironibus qui Nanciani intuebantur sed praestabat illos
legitimo tyrocinij biennio Societati se probare, & magno contemnen-
di lai, obedientiae, interioris culturæ omniumque virtutum commen-
ta pœmunt ad pugnas, & difficultates actuosa operationis, tuto, &
fortiter cum Dei gloria, & Societatis honore subeundas; præterquam
quod vibem & vicos percurfans non cuiuis, tingendum caput ingeren-
ti statim baptisimū infundebat, bonos malebat Neophytes quam mul-
tos; tales esset optabat, qui motu præstantia fortius, quam ore con-
cionatoris, Christi cauſam apud perditissimos Ethnicorum prosperè
perorarent; possentque ut erant à nostris dissiti, se solis, in propolio
state, & crecere: quod se consecutum faretur ipsemet, multosque Li-
teratos, à veritate Christiana quam clare perspexerant, debilitatis suæ
conscientia diu auersos, conuerione parium ad eam animatos, nec du-
bitasse vita puritatem, quam iis tam facilem Dei gratia fecerat, sibi
quoque pronam, & iucundam fore. Ex iis vero ducentis quos Chri-
sto subiacerat nonnullos habuit eiusdem secū præclaræ operæ consortes
strenuos. Siuzius iuuenis in patriam redux, inde mox quinque pariter
Literatos ad Cataneum adduxit, cum donis, quibus iubet vsu firmata
lex ducentos Magistris se tradere; Docendos comiter suscepit Cataneus;
dona, & titulum Magistri tantoper illuc gloriosum modestè reiecit, quæ
prima iis fuit prælectio sanctimoniarum Christianarum hò efficacior, quod mi-
nus expectata. Senex annos natus supra octoginta, breui baptismō ad
eum redit ingenti suorum stipatus agmine filiorum, nepotum, & om-
nis ætatis consanguinorum quos legem diuinam persuasos, baptismō
similiter sacrando adducebat. Alium annos duode-octoginta vertigo
insana circumgebat per omnia studia Theologiae Sinensis, & professio-
nem omnium lectorum; inquietum semper, omniumque incertum &
anxiū, auditio Cataneo sic plenè acquienit, vt ex discipulo repente,
præco fieret Christi; & pro petitia omnium doctrinarum, quarum de-
lectum nemini nichil quam illi competere fama erat, magnos motus
ciceret anitorum. Alium eiusdem ætatis, Doctori Paulo debuit Christi
fides; amentem Deorum suorum studio, nec ultra ferentem coram il-
los quotiescet tremari, ardor audax inuasit, exprobrandi Paulo per lite-
ras religionem peregrinam; & antiquæ prudentiae memorem ad relicta
idola reuocandi. Temeritati hominis, & mordacibus literis, Paulus
tanta conditas lenitate, tamque nihilominus pro lege Christi forte re-
posuit, vt pudore illum suffunderet; post vero inuilen graniter aggri-
tantem, ea non fictæ benevolentia comitate quam nouit caritas Chri-
stiana,

113.
Quanti sit
tirones Soc.
biennio pro-
bari.

114.
Conuertend.
studium.

stiana, totum sibi addixit. Aggressus itaque de vita colloqui curta, & fragili quæ illum incipiebat deserere, tum de immortali quam spondebat fides Christiana facilè permouit ut vellat Cataneum de illa audiare. Adeò docet, errores eximit, satisfacit dubiis, ritè, pièque comparatum b. ptizat: inde ad supremum spiritum nulla præter hanc boni seni in ore vox fuit. Domine cœli adiuua me: quām si vitium defecas, aut mortis proximæ interciperet angor, iucundum aspectu, puerum non lumen cathecumens eius nepos, reficie illi eius memoriam, ingenerere ut cœli dominum quem illi Cataneus demonstrarat in auxilium vocarer, illi consideret, eius clementiam posceret. Miris alij modis, & supra naturam illustribus non modo ad fidem adducti sunt, infideles ad summam illius admirationem. Moribundis sacro baptismate, restituta est valetudo, & spūt qui huius remedij magnitudinem veneratus, natam omnem templi obsequio dicaret. Circumlata ægrotis, & adiuta crux; complures, & sannauit; & ab infestationibus dæmonum liberavit, etiam Ethnicos. Eas passa diu erat quæ Sciamhaia prima baptismum suscepit, nec erant ab iis immunes domestici; sed vexabant crudeliter miseram, & inhibito cibi vsu in tabem emaciauerant. Taois omni cantionum suarum consumpto choragio irridebat dæmon, & cum funeralibus incantatis, candelabra humi ex altari projecta dissipabat; vnum erat leuamen feminæ infelici, baptismum promittere, crucis signum fortinare, crucem à Cataneo accipere; his procul adspectabilis specie u domus atrium abigebat caecodæmon; mox ea cum viro sacris vndisabilita proflus euanvit. Seniculus denique, quām rei egenus, bone anima tam diues, & reverentiae erga Dei matrem, narrabat se illius rosario, vbius recitando, recitabat autem ferè perpetuo, odore eodem perfundi solituim qui diuini sacrificij tempore facellum vaporabat.

Expleto Sciamhaia biennio, & Doctoris Pauli grandi familia Christo integrè adiuncta, vocatur Hanceum Cataneus, Cechianæ Provincie vice primatiam, ut nouam illic (de qua suo loco) statueret Christianitatem; sed ante Nanchini crescente in feraci propagatione, & magnis virtutum progressibus reuisit quos vetat prolixis recensere, argumento sini vel hæc duo; vilis opifex, & illiteratus, idololatras viginti ad Pates perduxit, sui fructum cuiusdam sermonis, quem Deo dictante cum ins habuerat, dum aduerso amne simul nauigarent. Mercatorum ex quo mercium æternarum, fide monstranti, pretio captus est, terrarum omnium piguit, in illarum amorem exinde omnes incendere; de illis assidue audiri & alloqui, & diribendorum venalium occasione aque itinera in ministerium Apostolicum vertere, cuius ad patres gaudens subinde fructus reportabat; Literatis interea, perspicacibus, doctis, verique intimè consciis, & lauditoribus, suo in cœno turpissime, letaliterque hærentibus. Iam ex illa cum Ethnici continua Christianis de rebus concertatione, illi disciebant Christiana; isti altius animo imprimebant. Fuere qui mallent verbora, & mortem perpeti, quam factas

115.
Mirac. pro
fid.

116.
Nanchini
conuict. &c.